

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amor I
cum fontibus primis

Qui amat non laborat.
Omnis enim labor non amantibus grauis est.

Non ergo recusetur labor, si adest amor; nostis enim quoniam
qui amat non laborat.
Omnis enim labor non amantibus grauis est.

Augustinus Hipponensis, *In Iohannis euangelium tractatus CXXIV.*, 48.1 (CCSL 36, R. Willems ed., p.413, ll.9-11).

Solum amor est
quod nomen difficultatis erubescit.
Augustinus ibidem (libro XIII. confessionum).

Solus enim amor est,
ut ait beatus Augustinus,
qui nomen difficultatis ignorat,
qui cum multa amico impenderit,
pauca vel nulla se iudicat impendisse.

Ricardus de sancto Victore, *Tractatus de gradibus caritatis*, 3 (PL 196, col.1202C).